



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Bernardvs Senens. Conf. 22. Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

21. Aug. VITA SANCTORVM. 409
die vici
hanc car-
crearunt,
s A. E car-
Idantum
na triom-
ræ immi-
uit, non
iumphum
a matrem
& ad po-
potius c-
iduo pōt
vit tamen
ducatus si-
flante Spi-
superatu-
rum nav-
e Resum-
. Augus-
III. Sma-
ni in Gil-
jussu He-
in vincul-
cate Chis-
ortissimum
men. mi-
munera ac-
n marty-
hoc eram
mus judex

ad gladium damnavit. At SYMPHORIANVS præ-
ferti sibi secures non in supplicium, sed trium-
phum putavit, quem augustissimum mater trium-
phantis fecit, dum his vocibus è tecto & ipsa
triumphans, acclamavit: Io! fili, triumpha! Io!
tecum mater triumpho! quid enim? Certè victo-
rem filium, præferri secures, & sequi victimum ty-
rannum video. Sed cur sine purpurâ fallor; an
tuus hanc crux dabit. Et cur sine coronâ? iterum
fallor, cælum hanc dabit, nec è mortali lauro da-
bit. Superi! filio jam supervivere matrem juvat,
juvat oculos claudere. Audite votum novum si-
dera, & tu fili, i, sanguine subscribe. Hæc aut si-
millia mater: filius interim cælestis jam Capitolium
victor tenebat. Ex Surio..

Queris aurum, & si volueris, fortè non habe-
bis; Deum cum volueris, habebis; quia & antequam
velles, venit ad te; & cum aversâ voluntate esses,
volavit te; cum conversus esses, terruit te; & cum
territis confitereris, consolatus est te. S. Aug. sup.
Psalms. 32.

S. BERNARDVS SENENS. CONF.

22. Augusti.

Enis oriundum sive IOANNEM sive BERNAR-
DVM dicas, nūnquam noīne mentietur, sem-
per Virginis clientem loquetur. IOANNES à puero
indigeratus, cùm mansuetiorum musarum ductu
ad Themidis adyta penetrasset, & quas didicerat
modò leges cum plausu jam doceret, quò rectius
humana perspicceret, in oculorum gravissimam
zgritudinem incidit. Placuit à MARIA veriori
Cynthiâ lumen mendicare; huic, si oculos illa
reddat, totum hominem vovet. Votum damnato
dies interim appetebat quo disputandum pro
morte

S

morte

more in publico erat. Hic dum Codicem, dum Digesta frequens corona hiat, ille alia omnia ingressus dicere contra legem hominumque vanitatem declamat; eam vel cœcuentibus nuper oculisse ait pervidisse; ne mirarentur, si hi redditum à VIRGINE humana omnia despicerent deinceps, è cælo esse: sequerentur illi oculatum nunc Doctorem, qui lippientem nuper. Finem orationi fuga dedit in montem olivis nobilem, quod pluribus jam concurrentibus, IOANNES scalas è cælo, & in his descendere beatos genios vidit, secumque candidatos quamplurimos ad V I R G I N E M I-

L I V M Q V E V I R G I N I S abducere, quod visum nequaquam somnium esse runc creditur, cum Pontificis auctoritate vestem pro suis ex celi sententiâ candidam, leges à D. Benedicto sanctas, Ordini nomen à MARIA de Monte Oliveti, iste BERNARDI accepit. Obiit dum sociis, à pesti infectis oculos prius claudit ipsissimus oculus cali, ex quo utinam ô MARIANI Argum faceretis! Ex Chron. ejusd. Ord.

Quantum illi laudandi atque prædicandi, qui dignati non sunt cum mundo florente florere; tantum increpandi & accusandi sunt, quos perire cum reunte delectat. August. epist. 41.

S. ANTHVSA VIRG. 22. Augus.

A NTHONVSAM patria Seleucia, in hac nobiles parentes, apud hos rarae opes, & cum his raro forma commendabat. Sed illa additura aliquid formositas etiam animo, Christiani fontis balneis suspirabat, & lavari à Tharsensi Antifite Athanasio exoptabat. Quare veluti ad nutricem invisa currum comite uno altero ve servulo consendit.

Inter
Achar
congr
de AN
fudit.
therm
ste &
natun
rebat.
seris d
cùm p
culpav
destinat
it, &
trahere
qua teg
ut ne c
vas exp
lie inv
alnere
illera
lipse e
Care
quam c
paris m
sustiner
natura
SS. CI
P Ote
terg
tis veli
ebicit,